

cris, nimirum partibus eius, tunc quidem ad maiorem tenuitatem redactis, ceu aliorum vstorum omnium: quæ si lauentur, moderatiora euadunt, minusque mordacia. Est ergo Galeni hæc sententia, quæ aërea sunt amittere plurimum caloris, vtpote tenuiora. At calor in angustum actus sumit vires, & ardens pruna instantiùs vrit quàm flamma. Quæ verò non sunt acria, ignis contagio fiunt calidiora, quàm priùs fuerant. Sed qua caliditate? Quam vocat Galenus ἐμπύρσυμα. Quod cū facile corrigatur, nil est inde metuendum remedio, ne fiat calidius. Corrigitur enim, vel ablutione, vel digestionem. Vt exemplo res fiat clarior: Recipe, arsenici cristallini vnciam vnam, nitri vnciam vnam semis. Puluerifa. In crucibulum superne perforatum iniice. Ignem circularem dato, sensim appropinquato per horas duas. Inde fortiorem per horas sex. Cùm vas totum candebit, ignem fusionis per quartam horæ augeto, vt fluat. Exime. Aqua calida falsuginem & sordes elue sæpiùs. Aquam abstrahere per alembicum & candidissimam arsenici
mas-

*Arsenici
preparatio.*